

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Fünfzehnter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1890.

Lateinische Gedichte des XII. Jahrhunderts.

Mitgetheilt von J. Werner.

Ausser schon bekannten Versen von Hildebert und Marbod¹ enthält die Hs. C 58/275 auf der Wasserkirche in Zürich eine Anzahl ähnlicher, bisher wohl ungedruckter Gedichte. Die gegen das Ende des XII. Jahrhunderts mit vielen Abkürzungen in Frankreich geschriebene Hs. umfasst in ihrem jetzigen lückenhaften Zustande noch 370 Seiten mit Doppelspalten. Die ersten 4 Lagen fehlen völlig, so dass die Hs. mit der V. Lage beginnt, die wie die übrigen (bis zur XXX.) auf dem untern Rande des ersten Blattes mit der Zahl bezeichnet ist. Aber auch im Folgenden ist kaum eine Lage vollständig. Von der XXX. Lage an erscheint eine andere Hand, die bis zum Schlusse reicht und den Text besonders gegen das Ende durch Abkürzungen zusammendrängt.

Man könnte geneigt sein, die folgenden Gedichte, soweit dieselben unter solchen von Hildebert und Marbod stehen, diesen beiden Dichtern zuzuschreiben, umsomehr als sie in der Anlage und im Versbau mit jenen Aehnlichkeit haben. Obwohl unter diesen Versen auch zwei Grabschriften auf Abälard stehen, deren eine von ihm selbst verfasst sein soll, so wird man doch nicht so weit gehen dürfen, die Liebesgedichte auf sein Verhältniss zu Heloise zu beziehen².

Unter dem anderweitigen Inhalt der Hs. ist zu nennen: Ein Bruchstück des *carmen de ponderibus* (Riese, Anth. I. nr. 486 vv. 69—163), ein grösseres Stück (vv. 1—949) der *Periegesis* von Priscian mit dem Titel: *Incipit periegesis. Prisciani gratici (= grammatici). translata de aliis libris ormistarum (= orbis terrarum) feliciter*; Florilegien aus Persius, Ovidius und Horatius. Nicht zu vergessen sind die von Graff, Wackernagel, Pfeiffer und Hofmann herausgegebenen deutschen Stücke, die von Wackernagel herausgegebenen Vagantenlieder (Haupt Zs. V). Daneben lesen wir das 13. der von Mone (Anzeiger VII. p. 111) herausgegebenen Gedichte: *Latebat in scriptura*. Auch haben wir darin ein weitläufiges Glossarium,

1) Vgl. Bd. XIV, S. 421.

2) Vgl. Hubatsch, Die lat. Vaganten-

lieder S. 8.

zum Theil Auszug aus Isidor und längere Parteen aus dem *carmen de aequivocis*, ein kurzes *carmen de figuris*, einige Epitaphien, die bekannten Verse über den Nummus (vgl. Novati, *Carmina medii aevi* p. 39—41) und über die Weiber (vgl. *Anzeiger f. K. d. d. V.* 1878, XX, Sp. 257) nebst werthlosen Dingen.

Es folgt nun der Text der Gedichte:

I.

Audi, faex iuvenum, cuius sunt verba venenum,
Cuius opus caenum, cuius cor stercore plenum.
Quis sis, ipse vide: mala sic tua, non mea, ride,
Vel potius plora, meliorarique labora.

- 5 Tempore nocturno vigilas, dormisque diurno,
Laudas incestos et detestaris honestos,
Paucis contentos contemnitis, amas opulentos,
Infortunatos premis, extollisque beatos;
Tristis laeta vides et cernens tristitia rides;
10 Mens in momento duplici tua concita vento
Vult quod nolebat, non vultque, quod ante volebat.
Pransus te iuras gustasse nihil, neque curas,
Cum sis ipse satur, quicumque fame moriatur.
Frangeris adversis, et prosperitate superbis;
15 Nuptas corrumpis, scortis data foedera rumpis;
Ut fera concumbis, solitus non parcere lumbis;
Mavis stuprari quam quae solet inde lucrari;
Mentiri mavis quam portum tangere navis,
Deditus usuris es non sine crimine furis,
20 Adiunctus scurris cum fenore parta ligurris.
Convivas ambis, semesaue fercula lambis.
Vina prius potas et faeces postea totas.
Inde comesta vomis, ac vina recondita promis.
Ecce tuae sordes: alios qua fronte remordes?

II.

Obiurgatio amatoris puerorum.¹

Sordidus et foedus nimis est, et foetet ut hoedus,
Cuius amas tactus, turpis sibi culcitra factus,
Quem quotiens audes digitis emungere, gaudes,
Et quasi munus habes, cum te maculat sua labes.

I. fol. 1 u. col. II. 1: fex. 2: zenum. 9: lęta. 12: pransus — nichil. 15: federa. 19: Detitus. 19: crumine. 20: liguris (per compend.). 22: feces.

II. fol. 2 r. col. I. 1: Sorditus et fedus. 1: fetet ut hedus. 3: quociens.

1) Vgl. *Neues Arch.* XIII, S. 358.

- 5 Cum quo dum flumen petis, ut lavet unda bitumen,
 Non undisundas te, sed tu polluis undas.
 Non inpune feres, quod sordibus eius adhaeres
 Nec metuas dorsum, quia tendo minas aliorum.
 Sis licet inerbis, utar pro verbere verbis:
 10 Verbera cessabunt, sed plus te verba gravabunt;
 Fies infamis nostris per saecula grammis,
 Dum nox atque dies durabunt, fabula fies.
 Exponam, quare te nullus debet amare:
 Pinguior es vacca, foetes ut mota cloaca,
 15 Estque tibi vultus nimio pallore sepultus,
 Vertex implumis, plenum caput undique strumis,
 Obsita frons rugis, in lumine lacrima iugis,
 Aures expansae, ceu vasis fictilis ansae,
 Nasus culpandus, quoniam brevis atque repandus,
 20 Os dilatatum, dens livens, putre palatum,
 Est in gingivis tineis caro saucia vivis,
 Nigrescunt scabra rubigine pallida labra,
 Barbatum mentum vastant animalia centum,
 De silva colli possunt pascentia tolli,
 25 Demissis humeris non vir, sed virgo videris,
 Dortis confertos cubitos geris atque lacertos
 Brachia sive manus quales vel qualia nanus,
 In nodis spinae veteris stant signa ruinae.
 Sectus subtile nil constat habere virile.
 30 Aequas ventre nates, laterum tumet utraque crates,
 Sic tua pinguedo turget quadramine foedo
 Dicere quale femur, quam foeda verenda veremur.
 In genibus grossis gibbus protuberat ossis,
 Cruribus in macris ignis rubet inpetus acris
 35 Ermatus talis, pes osseus est bipedalis.
 Turpia cuncta foris, intus pars nulla decoris:
 Nullus enim morum fuit unquam deteriorum.
 Ergo cum sit ita, bellos attingere vita,
 Iam propter bellos perdes quandoque gemellos.

III.

Dissuasio intempestivi amoris sub assumpta parabola.

Mens mea tristatur, virtus mea debilitatur,
 Corpus tabescit, flet vena, medulla liquescit,
 Peste mutatur, facies mea fiendo rigatur.

7: adheres. 11: sc̃la. 14: fetes. 18: anse. 26: confertas.
 27: |||||nanus. 30: Equas. 31: fedo. 32: feda. 33: J ḡnib;
 — gybbus.

III. fol. 41. r. col. II. Tit.: pãa. 3: m̃a.

- Nec satis effundo lacrimas, quibus intus abundo,
 5 Cum via nulla datur, qua quo volo perveniatur.
 Prorsus despero rem, quam contingere quaero:
 Nec desisto tamen, nec habet mea cura levamen.
 Claudus agens leporem frustra consumo laborem,
 Inproba testudo cervum sequor et mihi ludo.
 10 Sed neque sic cesso, nec dat furor otia fesso.
 O! si quid nossem, per quod desistere possem,
 Quam felix fierem, si quod volo nolle valerem;
 Nolle sed ex toto, nequaquam duplice voto.
 Languet quippe volens, medicinam cogito nolens.
 15 Sed quod nolo volo, rursum quoque quod volo nolo¹.
 In me divisus, de me mihi concito risus,
 Risus exosos, risus tristes lacrimosos.
 Numquid in hoc tabo putrescens semper amabo?
 Aut quis erit finis tantis, bone Christe, ruinis?
 20 Num semper prisco cupiam me tradere visco,
 Et semel egressus rursus laqueis dare gressus?
 Dilexi multas parvas puer et vir adultas;
 Dilexi multos parvos puer et vir adultos.
 Quodquod dilexi falso conamine flexi.
 25 Aetas consimilis, decor et risus puerilis,
 Aspectus laetus, vox dulcis, sermo facetus
 Quas affectabat facile sibi conciliabat.
 Nunc dispar aetas cogit viciis dare metas:
 Nec bene, si cupiam, quod eram, tunc denuo fiam.
 30 Lascivum pectus non debet habere senectus
 Et contemptibilis solet esse libido senilis.

IV.

- Omne felici te Musa salutat amici,
 Te mea musa canit, tibi soli ludere gestit.
 Ludere cum gestit, te mea Musa canit.
 Te cantare paro, laudans te carmine raro.
 5 Ludere si cupiat, te, mea Musa, canat:
 Es nam digna coli, quia nescis cedere soli,
 Ergo si sapiat, te mea Musa canat.
 Non puto, mortalis quod vivat femina talis:
 Hanc tu iure canis, si, mea Musa, sapis.
 10 Crederis aut Phyllis fore, vel Venus, aut Amaryllis,

4: habundo. 6: quero. 8: Claudens. 10: ocia. 15: rūsum.
 17: Rirus aus Risus corr. 19: bñe xpe 25—27: auch fol. 4 r.
 col. II. als Schluss des Epitaphium Achillis (Meyer 1614, Riese 630).
 30 sq.: auch fol. 4 u. col. II.

IV. fol. 5 r. col. I. 10: phillis — amarillis.

1) Vgl. oben I, v. 11.

Ergo si quid amo ludere, te resono.
 Tu Ladae vultum, dignum quoque Pallade cultum
 Induis, et si quid Leda natura reliquit,
 Pulcrius hoc totum geris, o dulcissima, tecum.
 15 Ergo tuum vultum laudans saepissime, multum
 Carmine te nostro, dulcis amica, cano

	Forma tibi, Cum Paridis	quasi Iuno sibi dea iudiciis	fore tunc voluisset, nimis indoluisset.
20	Forma decens Quam miro	cultusque recens tua caro modo	te semper adornat, colit atque reformat.
	Purpureis Cui niveus	ornata notis color, et nitidus	tua forma relucet. se saepe remiscet.
	His animum Nec laetum	vaga cura meum cor cura meum	trahit, urit et angit, sinit esse quod angit.
25	Et pereo Et doleo	quia te careo cum non video	quam mente requiro quam mente requiro.
	Mente requiro Carmine laudo,	te, cui miro teque sub imo	carmine scribo, corde recondo.
30	Nocte, die Corda movet	careo requie mens unde dolet	quia cura latenter patiturque frequen- ter.
	Nam crucior Et vigilat,	mihi quando sopor modicamque negat	dat habere quietem, mihi cura quietem.
	Cor lacerat, Saevus amor	mentemque gravat, qui cuncta, reor,	mihi pervigil hostis, sibi subdit ut hostis.
35	Sic moritur Tunc animo	cum sol oritur, stat cura meo,	mens, utque dies fit, mihi nulla quies fit.
	Namque sibi Et nolens	mens maesta mei fit saepe dolens,	te plangit abesse, quia te scit abesse.
40	Ergo veni, Inpositura gravi	nostroque redi finem requiemque	solamen amori labori.

18: iudiis. 20: mirâ.
dolet, aestuat ardet et angit.

Nach v. 24 noch: Cor patitur, plangit,
37: mesta.

V.

- Dulcis amica mea, speciosior es Galathea,
 Gloria, flos, speculum, lux atque decus mulierum,
 Unica spes vitae, dulcis amica, meae,
 Unica dilecta, praecellis amoena virecta¹;
 5 Pulcrrior es flore, plus omni suavis odore,
 Pulcrrior ac Chrysis, plus omnibus antea visis,
 Plus Helena pulcra, plus quam Venus esset et ultra,
 Et plus quam Phyllis, Iuno, Venus aut Amaryllis²
 Plus etiam Dana, plus quam foret ipsa Diana.
 10 In terra nulla fuit unquam pulcrrior illa,
 Immo nec qualis nec abhinc erit altera talis.
 Quae modo sunt vel erunt, cedunt tibi, quaeque fuerunt.
 Testeque Fortuna tu pulchrior omnibus una,
 Lucifer ut stellis, sic es praelata puellis³.
 15 Testor et est verum, quod sis pulcherrima rerum.
 Euge decus mundi, sexus regina secundi,
 Cura meae mentis, tocius gloria gentis,
 Femina regalis, maiestas imperialis,
 Nynpha salutaris merito fore diva putaris,
 20 Gemma puellarum, splendor generalis earum,
 In media plebe splendens velut aurea Phebe,
 Nobilior lauro, puro rutilantior auro,
 Mollior es pluma, matura mitior uva,
 Et, si concedis, teneris lascivior (h)edis.
 25 Elegi solam totam sine labe decoram.
 Non habitura parem, nisi fugitura sodalem,
 Haec, tibi succincte quae scripsi, mente relinque
 Atque memor pro me semper sub corde reponere;
 Gaudia neque vafer nostri subducat adulter;
 30 Sisque memor dulcis, mea bella puella, sodalis,
 Hec tu ne vento tradas, dilecta, memento:
 Vive vale semper, te plus me non colit alter.

VI.

Vivere non possum sine te, neque vivere tecum,
 Istud namque timor impedit, illud amor.
 O! utinam sine te vel tecum vivere possem,

V. fol. 5 r. col. II. 1: galatea. 4: amena. 6: crisis. Nach v. 6 ist v. 5 wiederholt: Plus etiam flore, pl. 7: phyllis — amarillis. Nach v. 9 sind wiederholt v. 7 (aber 'Thais') für 'Venus' und v. 6: Plus quoque quam grisis pl. 16: euge Ergo. 27: Hae. 31: dilectâ.

VI. fol. 6 r. col. I.

1) Vgl. Verg. Aen. VI, 638. 2) Vgl. oben IV, 10. 3) Ovid, Metam. IV, 56.

- Sed mallet tecum vivere quam sine te.
 5 Instar solis ave! tocius luminis atque
 Ut flos cum lauro, sicut cristallus in auro,
 Sic luces forte mulierum sola cohorte.
 Sol superat lunam, mulierum tuque figuram.
 Corpore nunc absum, sed sensu sedulus adsum,
 10 Qui tibi sit fidus, non hospes, sed sit amicus,
 Utque patet, levis est aut tua nulla fides.
 Nam tibi si qua fides, amor aut mens ullus inesset
 Esset mox aliquo cognitus indicio.
 Dic mihi, num poteris aliquod mihi dicere factum,
 15 Unde tuus verus esse probetur amor.
 Si pignus verbis bene commendatur amoris,
 A te multa quidem sunt data verba mihi.
 Sed certe solis stultum puto credere verbis,
 Vera solet veris rebus inesse fides.
 20 Saepe tibi scripsi, si quid scripsisse valeret,
 Et tibi si prosit, scribere dulce putem.
 Saepe tibi scripsi, semel et tua scripta recepi:
 Te precor, ut nobis non levis esse velis;
 Aut si versus amor tuus est in taedia nostri,
 25 Et breviter scribas tu mihi, quid cupias.
 Ulterius animum noli suspendere nostrum.
 Si te vis ut amem, fateor, te semper amabo,
 Et quamvis nolis cura perennis eris.

VII.

Ad fugitivum.

- Omnia vilescent, artusque dolore liquescunt,
 Non opus exponi, tolerant quae dura coloni,
 Sensus marcescit, corpus, vox, atque tabescit:
 Ergo revertaris, ne mortem promerearis.
 5 Mors a te fugiat, optata reversio fiat,
 Quae mentem reparet conversio sola placeret;
 Hanc dominus donet, ne mens aegrota laboret.
 Oro deum, vivum quod te mihi reddat amicum,
 Insanae menti tu consule iam pereunti.
 10 Nullus erit finis ubi pessima regnat Erinis,
 Et vere finis non est, ubi regnat Erinis,
 Scripta mihi desunt, quia cordi tristitia praesunt.
 Quid loquar absenti, me, pro dolor! et fugienti?
 Quid iuvat absentes lacescere versibus aures?
 15 Durior es lapide factus, dum quaereris a me:
 Non te saxosum valeo superare remotum.

16: commendantur. 18: soli'. 24: tedia.

VII. fol. 11 u. col. II. 7: egrota. 13: doror.

- Convenias mecum, faciam te non fore tecum;
 Multa loqui vellem tecum, si tempus haberem
 Et loca, quae nostris congruerent lacrimis.
 20 Haec quia non dantur, pro me mea scripta loquantur,
 Et sit pro viva kartula voce mea.
 Ei mihi, quid merui, quod nulla licencia fandi
 Tecum secretis est habitura locis.
 Si mihi privatim non vis concedere, saltim
 25 Concedas kartae dicere pauca meae:
 Flava prius Rhenum sua flumina rebar in Histrum
 Vertere, quam soli te mihi nolle loqui.
 Qua ratione tibi modo sim magis ipse pudori
 Quam prius, omnino dicere non potero.
 30 Venerat hoc ex te, quicquid tibi displicet in me:
 Nonne probasti mea? cur modo carpis ea?
 Tunc ego gemma fui, tunc flos, tunc lilia campi;
 Tunc quoque nulla fuit orbe mei similis.
 Illud idem, quod eram, modo sum, nisi virgo; nec umquam
 35 Id fieri potero: quod sine fine fleo.
 Hoc ego nocte die fleo, quod non fata tulere
 Cum dulci vitam virginitate meam.
 Fraude triumphare nihil est nisi laude carere
 Pollicitando mihi bona plurima saepe dedisti,
 40 Proque bonis sumpta sunt mihi multa mala.
 Saepe tui causa mihi sunt data verbera plura
 Mollibus et membris vix pacienda meis.
 Verbera quam membris nocuit plus fama pudoris,
 Verbera sunt levius quam mihi verba pati.
 45 Quod dedit ante iocum modo dat mihi fundere fletum.

VIII.

- Conpar nulla tibi me teste valet reperiri:
 Lucifer ut stellas¹ superatve Diana puellas,
 Sic tu consocias superas probitate catervas.
 Praestas vicinis, praestant ut lilia spinis
 5 Virtutes in te posuerunt munia cunctae:
 Verum fata bene tua tempora disposuere;
 Nox sine te longa, lucetque dies odiosa.
 Si processisses, stellarum prima fuisses.
 Convenient medici terra quacumque periti
 10 Et medicinarum expandent iura suarum.
 Tu dabis antidotum, sanabis me quoque totum.

28: ipsae. 31: prob. Omnia facta mea? 38: nichil.
 VIII. fol. 12 r. col. I. 3: consotias. 5: menia.

1) Vgl. oben V, v. 14.

- Sed forsan dices: 'herbarum non mihi vires
 Sufficiunt, plagae per quae sopiantur amarae'.
 Non sunt quaerendae silvis aut montibus herbae,
 15 Sed geris intra te medicamina congrua; quare
 Ne peream, propera; pereundi tu mihi causa.
 Num tibi divitias mea mors praestabit opimas?
 Numquid morte mea caeli penetrabis amoena
 Gaudia, cum vitae verae perdant homicidae?
 20 Numquid legisti, vel ventis lecta dedisti,
 Poenas inmites homicidis esse perennes?

IX.

- 'Avertat poenas deus et tibi donet amoenas
 Sedes, sed mecum: quia volo vivere tecum',
 Dicebat quidam moribundam questus amicam.
 'Aut moriar tecum, vel debes vivere mecum.
 5 Stet tibi mens eadem, mihi stare scias et eandem,
 Tempus prolixum nec certo cardine fixum.
 Hoc decernatur, decretum perficiatur.
 Laeticiae flores facient cessare dolores.
 Ex hoc verbo spem, veram nondum teneo rem.
 10 Sed qui spe gaudet, ipsam rem denique prendet.
 Sum laetus de spe, reddar laetissimus ex re.
 Quae sit res illa, non est opus edere lingua;
 Dulcior est omni, poterit quod dulce vocari.
 Dulcior ista re si res extet, meditare,
 15 Dulcior in terra res non comprehenditur illa,
 Dulcedo cuius humanos edomat artus:
 Saepius haec repetens, nimium me vulnere demens'.

X.

- Si cuiquam capto vel taetro carcere clauso
 Proximus illius vel quis dixisset amicus:
 Cras dimitteris, haec ultra non patieris,
 Annorum mille noctem fore diceret ille,
 5 Ac pro spe nimia, nox insomnis foret illa.
 Si fuerit verbis amor aut medicabilis herbis,
 Omnia portarem, quo tela cruenta fugarem.
 Non est quo fugiam vel cuius munere vivam,
 Corpore laxatus, graviter sum corde ligatus.
 10 Non horresco iugum nec pondus id est mihi durum.

XI.

Omnia postpono, te pectore diligo toto,
 Tu mundanarum fons vivus deliciarum.

IX. fol. 12 r. col. I. 15: comprehenditur.

X. fol. 12 r. col. II. 7: tēla.

XI. fol. 12 u. col. I. 11: sydera. — Nach 17 folgt der aus Mar-
 bod bekannte Vers: Missa tibi soli multis ostendere noli.

- Te colo, te cupio, peto te, lassatus anhelō,
 Ad te suspiro moribundus, teque requiro,
 5 Concite succurre ruituro, dicque: 'resurge,
 Nunc ego sanabo morbum, maestumque levabo,
 Tantum convaleas, sospes, laetus quoque vivas!'
 Verum praecellis nectar me iudice mellis
 Est potus nullus tanto dulcedine fultus.
 10 Qui non vilescat illi, quem semper inescat
 Omnis factura Christi: sol, sidera, luna,
 Colles et montes, valles, mare, flumina, fontes,
 Tempestas, pluviae, nubes, ventique, procellae,
 Cauma, pruina, gelu, glacies, nix, fulgura, rupes,
 15 Prata, nemus, frondes, arbustum, gramina, flores
 Exclamando vale mecum praedulce sonate.
 Non precor extremum, sed quod perduret in aevum.

XII.

- Carmina misisti: quod amat mea Musa dedisti;
 Aes, aurum squalent, carmina sola valent.
 Carmine leniti tenet Orpheus antra Cociti,
 Dantque locum Manes Cerbereique canes.
 5 Carmine placavit, quod quisque mali toleravit;
 Fit, quod erat rabies, carmine summa quies.
 Nulli . . res nulli metuere dolores.
 Nulla furente domo verbera sensit homo.
 Inmemores poenae, quos constrinxere catenae,
 10 Inmemores irae fecit amore lyrae.
 Multis multa modis, dum carmina copulat odis
 Orpheus ante deos, carmine vicit eos.
 Dum sua fila regit, mortem ridere coegit:
 Miraque res fuerat, quod sibi risus erat.
 15 Arte lyraeque sonis mutatur et ira Plutonis,
 Mutat iura dei, dum miseretur ei.
 Quasque timent misere Furias simulacra videre,
 Viderunt Furias tunc simulacra pias.
 Nullam mente fera respexit iniqua Megera,
 20 Miranturque rei, quod pavor absit ei.
 Ad lyricos cantus ita conticuit Radamantus,
 Quod, cum vox sonuit, quaestio nulla fuit.
 Obstupuit Cloto fusoque colloque remoto,
 Nec dat laeva coli vivere sive mori.
 25 Interea rores nullos hausere sorores:
 Dum lyra concrepuit, poena remissa fuit.
 Inmemor ad cytharae modulamina pestis amarae

- Vultur dat Tytio vivere dente pio.
 Ixionisque rota, montis de vertice mota,
 30 Carmen ut audierat, volvi destiterat.
 Tuque, propin quarum male quem fuga fallit aquarum,
 Tantale, si speres, flumina non peteres.
 Sisiphus auscultat modo nec sua saxa volutat,
 Sed stupet, Orphei quid lyra dicat ei.
 35 Ergo per umbriferos saltus Rodopeius heros
 Carminibus Stigiam non pavet ire viam.
 Ergo per horrentes populos umbrasque silentes
 Carminibus vadit regnaque mortis adit.
 Per loca concessum tenuit duce carmine gressum,
 40 In quibus est fletus, nox, labor atque metus.
 Non pavet obscuras facies turpesque figuras,
 Sed magis arridet, cum fera monstra videt:
 Intuitus mutant torvos, blandeque salutant;
 Dat rota Tartarei signa favoris ei.
 45 Nullus eum terret, sed ei, ne devius erret,
 Significant pariter, qua teneatur iter.
 Undique funduntur et ad Orphea quoque feruntur:
 Utque Plutona deum, sic comitantur eum;
 Nam dum concineret, cava dum loca voce repletet,
 50 Quemlibet a propriis traxerat officiis:
 Milia iunguntur modulataque verba sequuntur,
 Nec strepitu vocum praepediere iocum;
 Sed, nostro more, psallentis vatis ab ore
 Quisquis ibi stabat, murmura nulla dabat;
 55 Nec Iovis ante thorum tantus magis ordo deorum
 Suscipit aetherei seria verba dei.
 Sic infernorum tenet Orpheus ora deorum,
 Sic rabiem demit, sic fera corda premit:
 Eurydicen tutus per inania regna secutus,
 60 Terra quibus finit, stagna Karonis init.
 Carminibus sociis transnavit stagna Karonis
 Imperioque dei redditur uxorei.

XIII.

Versus de duobus languentibus.

Roma duos habuit; res est, non fabula vana,
 Auctores perhibent et pagina Quintiliana.
 Fugerat non geminos labor unus percutiendi,
 Sic fuerant similes forma specieque videndi.

29: Yxionisque. 48: conmitantur. 49: voce loca. 55: anto.
 59: Euriden.
 XIII. fol. 15 r. col. II. Eine Hs. dieses Gedichtes weist Pertz, Archiv
 VIII, p. 410 nach. Tit.: languentib;

- 5 Et sic miscuerat color unus utrumque decorum,
 Quod vox sola foret discretio sola duorum.
 Quos ita naturae manus ingeniosa potentis
 Finxerat ex anima vel corporeis elementis,
 Ut meminisse queat nihil in rerum genitura,
 10 Cui sit tantus honos, vel tam speciosa figura.
 Hos tamen excoluit elementis sic moderatis,
 Ut nihil esset eis de labe superfluitatis.
 Turpis ad hos puer ante Iovem qui pocula ponit,
 Turpis eris Memnon, et tu quoque turpis Adonis.
 15 Feliciterque diu vixisset uterque iuventa,
 Ni foret ante diem sibi lux vitalis adempta.
 Sed rota fortunae, numquam raro ve fidelis,
 Non sinit, ut vivat homo longo tempore felix.
 Cum velit humanae pacem turbare quietis,
 20 Invehit infirmis mala corporis, invida laetis.
 Sic igitur sicut similes parilesque fuere,
 Sic paribus fati inceptit utrumque movere
 Una mali species, eadem natura doloris,
 Unus quippe modus et eisdem scilicet horis.
 25 Qui nunc ergo genas et nunc ornaverant ora,
 Et color et sanguis secessit ad interiora.
 Quinque iacent sensus in corpore mortificati,
 Cernere vix possunt oculi languore gravati.
 Non valet escarum guttur sentire saporis,
 30 Non sentit tractanda manus, neque naris odores.
 Surdae sunt aures et deficit usus earum;
 Sic ablita iacet rerum natura suarum.
 At pater, inde dolens, inplorat opem medicorum;
 Et venere duo: Graecus fuit alter eorum.
 35 Ergo per urinas et venis saepe notatis
 Quaerunt, unde fluant tantae mala debilitatis.
 Sed nec in urinis vel pulsibus inspicientes
 Morborum causas potuerunt scire latentes.
 Falluntur medici, perit et sollertia Graeca:
 40 Saevit adhuc morbusque latens et passio caeca.
 'Quis modus his morbis? quis finis ad hos cruciatus?'
 Sic pater ad medicos; respondet uterque rogatus:
 'Cum simili morbo videamus utrumque gravari,
 Causa latet morbi, neuterque potest relevari,
 45 Ni prius alterius in visceribus videamus,
 Quis sit et unde fluat dolor, unde modo dubitamus'.
 Tunc pater haec fieri cernens opus atque necesse,

9. 12: nichil. 14: m̄non. 20: letis. 23: Vna mala mali.
 25: 'ergo' compendio script. supr. lin. add. 28: langore. 33: īplorat.
 34: uene. 35: sepe. 36: Qverū. 39: ḡca. 40: Sevit ceca.
 44: neutq̄; p̄se.

Maluit unius quam nullius pater esse.

Ergo de quo medici quemcumque magis voluerunt

50 Membra secant, sedemque mali per viscera quaerunt.

Inveniunt causamque mali morbumque latentem

Sic alium curant simili languore iacentem.

At mater gavisam parum de sospite nato

Semper in alterius nati dolet anxiam fato,

55 Et plangens alium velut a genitore necatum,

Iuris in causam patrem trahit ante senatum.

Femina, sicut erat magis ad lites animata,

Sic prior inquit: 'Eram geminorum prole beata;

Nunc peto, quod minus est mihi de numero geminorum,

60 Quem pater extinxit et iniqua manus medicorum.

Ferro, non morbo periit puer ille peremptus,

Cum sua fortassis curaret utrumque iuventus.

Aeger erat, dicunt; tamen ex hoc non morietur,

Cum suus ex ipso frater morbo relevetur.'

65 Responsurus ad haec surgit pater atque profatur,

Seque parat verbis legaliter ut tueatur,

Femineae sortis satis ostendens levitatem,

Dum modo damna videns nec tendit ad utilitatem.

'Ni videant medici prius unius interiora,

70 Curarent neutrum, sed utrumque trahat gravis hora.

Arguor, unde magis posset laus nostra venire:

Nam minus est unum quam duos velle perire.

Si duo contingant aliquando pericula dura,

Ex illis facimus minus et levius nocitura.'

75 Res nunc facta fuit et disceptatio talis,

Diffinit eam sententia iudicialis.

XIV.

Contra Romanorum avariciam.

Vae tibi, Roma vorax! absorbens cuncta Charybdis,

Nullaque, cum numquam sis saturanda, vomens!

Quod caput ecclesiae te constituere priores,

Provida cura minus, sed pia forte fuit.

5 Idolatras Paulus cunctos profitetur avaros:

Non es avara quidem tu, sed avaritia.

Venalem sapiens animam testatur avari,

Atque scelestius hoc asserit esse nihil.

Vendere nulla timet, qui vendere sustinet illam,

10 Qua nihil in cunctis carius esse docet.

Hoc a principio morbo semperque laboras,

49: medicis. 50: querūt. 52: curat — langore. 63: Eger.

70: uterque. 72: minoris.

XIV. fol. 3 r. col. I. 1: caribdis. 5: Ydolatras. 8: nichil.

11: p̄cipio.

- Tales rectores sunt populusque tuus.
 Strata frequens est hospitibus Romana dolosis,
 Roma dolis plena est, experiendo scio.
 15 Si tibi quid remanet, quod non rapuere dolosi,
 Subripiet dolus hoc: experiendo scio.
 Illic invenies oracula Delphica semper,
 Ambiguosque deos, experiendo scio.
 Quisquis habet causam: det munera, scripta requirat,
 20 Ad firmamentum suscipit ambigua.
 Ut facile infirmet quicquid firmaverat ante
 Scriptor, ab adversa munera parte ferens.
 Proh dolor atque pudor! pudor omnis religionis!
 Omnibus in tanto Roma fit obprobrio.
 25 Ut clament cuncti: Romae venalia cuncta,
 Pervertique illic omnia muneribus.
 Dicat idolatram cum Babilon tibi Paulus avarum
 Non es avara quidem tu, sed avaricia.
 Et sapiens perhibet nil esse scelestius illo,
 30 Venalem qui habet seque animamque suam.

XV.

- Mos est Romanis in causis cottidianis,
 Si sonat ante fores bona vita, scientia, mores,
 Non exauditur; si nummus, mox aperitur.
 Audito nummo, quasi viso principe summo,
 5 Dissiliunt valvae, nihil auditur nisi: 'salve!'
 Accurrunt turbae, tota fit plausus in urbe,
 Papa simul plaudit, quia nemo libencius audit.
 Nummus procedit, loquitur, pater audit, oboedit,
 Omnia concedit, sine testibus omnia credit,
 10 Quicquid vult, praestat, tamen haec distinctio restat,
 Ut bene pensetur, nummatus in igne probetur.
 Ignibus exustus colitur pro martyre iustus;
 Sique rogarentur, Pauli prius ossa darentur.
 Grator est Petro, redit omnis gratia retro
 15 Ne petat abscessum, pater hunc vocat ilico fessum.
 Atque manu captat, captum vicinius aptat,
 Parte locat dextra; sed pauper truditur extra.
 'Accipe!' 'sume!' 'cape!' tria sunt gratissima papae.
 'Nil do', 'nil praesto', nequeunt succurrere maesto¹.

16: h— 17: delfica. 25: rome. 27: ydolatram.

XV. fol. 3 r. col. II. 5: nichil. 8: obedit. 10: distinctio.
12: martire. 16: captatū.

1) Verse 18 und 19 auch in Carm. bur. XXIa, v. 4. 5, und 18 bei Zingerle, Sitzungsber. d. Wien. Akad. 1866, Bd. 54, S. 315.